





Fliegen 1/2 Bojen Mox.  
J.

Lac. 14.





THEODORI RAITHV  
*seu Raithuensis Laurae Presbyteri*  
LIBELLVS  
DE INCARNATIONE DOMINI

GRAECE ET LATINE

*Ex Suidae, tum et Iob. Meursii ac Carol. DuFresne*

Glossariis emendatus atque explicatus

OPERA

IOH. BENED. CARPZOV



---

PARTICVLA PRIOR

---

HELMSTADI

EXCVBERAT VIDVA B. PAVLL. DIET. SCHNORR

1779

31





THEODORI RATHNY

Im Reichsberthelmanns Pflanz

LIBELLVS

DE INCARNATIONE DOMINI

GRÆCÆ ET LATINÆ

Ex Schola, cum et Joh. Anthonii ac Guili. Dörflinger

Glossis emendatus atque explicatus

ORBIS

IOH. BEWED. CARPZOV



CAROLINA PRINZ

HELMSTADT

EXCUBIT VIVVA B. NAVELL. DIST. SCHNORR

1770





## PRAEFATIO

**C**omprimebatur vera religio mole insana superstitionum saeculo septimo; nec attollere audebat triste caput, et inter Graecos praecipue aduersus Monothetitas certabatur: quum interea, praeter obscurae aetatis rationes, homines duo minime hebetes se redderent consequentibus saeculis venerandos, Sophronius *a)* Hierosolymae Antistes, et S. Maximus Confessor; quibus tertium adiungo, etsi istorum ad celebritatem non accedit, Maximi familiarem, *Theodorum Raithu*. Is cum quibusdam *Theodoris* vel *Diodoris*, (immo *Theodosis* et *Theoderetis*), cuiusmodi nomina prostat nubes densa apud scriptores Ecclesiasticos et in monumentis historicorum, permutatur non raro. A Gennadio Massiliensi *b)*

*a)* Cum alio Sophronio, aduersus Eunomium scriptore apud Photium Cod. V. non confundendus. Vit. Zonara teste, genis et sanctus: acer aduersus Sergium, Cyrum, et Athanasium disputator: Monothetarum horis insignis in Concilio Alexandrino: vindicatus a S. Maximo contra illos. Vid. Acta San-

ctor. T. II. Martii, ad D. XI. p. 56. Faust. Nairon de Rel. Maronit. p. 80. et Dezallier Hist. Monothel. p. 20.

*b)* Ut putat Aub. Miraeus ad Gennad. c. XII. Nisi Theodor. Raithuensis post Gennadium vixit, quod obseruauit Garnerius ad Marium Mercator. T. II. p. 260.



cum alio *Theodoro*, *Antiochenae* Ecclesiae presbytero, quibusdam confundi videtur; ac permiscetur a iunioribus cum *Theodoro* Palaestinae Abbate, philosopho erudito, et *Leontii* Byzantini magistro. quorum uterque aduersus haereses asectarum Eutychis ac Nestorii, et contra fraudes Apollinarismi infurexere. Ab Antonio Possenino c) non diuersus a *Theodoro Abucara*, claro contra Nestorianos et Iacobitas Seuerianos scriptore, censetur. d)

*Theodorus Raithu*, non ille tam Presbyter Antioehiae, quam patria *Antiochenus*, Presbyter et Abbas in Laura Raithuensi constitutus erat. *Raithu* (alii *Rbaytum* aut *Raito* scribunt, e) regio Palaestinae iuxta montana Arabiae Felicis est, in confinio montis Sinai, celebrata apud scriptores Ecclesiae mediæ aevi. Huius incolae a Claudio (Ptolemaeo f) *Raitbeni*; metropolis vero, et Laura, (*Laura g*) est Monasterium probatae virtutis Eremita-

c) Appar. Sacr. in *Theodor. Abucara*: Vide in verbo *Theodorus in Coenobio Raithu*. Est enim idem. Ittig. ad Abucaram de Baptif. per aquam ex lat. Christi, §. 9. p. 11.

d) Confundit etiam DuFresne, Indic. ad Glossar. Graec. p. 62, Theodorum Raithu, cum *Timotheo Presbytero Cplitano*. Non illum, (quod quidem refert ibi Cangius;), sed hunc Meursius edidit in Var. Diu. p. 111 sq. Nec *Timotheus* auctor est libri περι των προσερχομενων τῆς ἁγίας ἐκκλησίας sed *S. Maximus Confessor*. in cuius Operibus a Combe-

fiso editis extat Tomo II.

e) Melius *Ραϊθῶ* et *Ραϊθῆ*, quam apud Suidam *Ραϊθῶ*. *Ραϊθῶ*, ὄνομα τῆς ἐν τῆς Σινῆ νοτί Ραϊθῶ. Duos Raithuenses vide apud Fabric. Vol. VIII. p. 616 sq. *Dantelem*, scriptorem vitae Ioh. Climaci; et *Iohannem*, Raithuensis Monasterii ad Elim siue LXX. fontes Abbatem, Scholiasten in Scalam Climaci, Biblioth. Patrum Lugdunensi T. X. insertum.

f) Geogr. I. V. p. 162 ed. Bertii: Παρά δὲ τῆν ὄρειν τῆς εὐδαίμωνος Ἀραβίας, οἱ Ραϊθῶνοι.

g) Meursius et DuFresne in Glof-



mitarum;) *Raitbu* nominantur. Quod enim Theodorus Beza, is editor adeo nostri, Presbyterum *Rbaetensem* seu *Rbaetum* appellauit, quasi ex *Rbaetia* Grisonum republica oriundum, haec illius incuria, post Franciscum Duacum, Philippo Labbeo *h)* vapulat.

Laudem conciliat Raituensi, quod consuetudine et amicitia vsus est *S. Maximi*, diuinæ veritatis *Confessoris* strenui, patria Constantinopolitani, antiqua nobilitate orti, et vario genere disciplinarum exculti. Homo pius ac feruidus, quum, Heraclio imperante, Monothelitarum haeresin peruagari, et veritatem vidisset peruerri, id aegerime ferens, deprauatoribus se opposuit masculæ. Monothelitæ ore quidem confitebantur naturas duas in Christo, sed diuersitatem earum tollebant, voluntates et operationes confundebant, nec nisi vnam voluntatem Christi, vnam operationem, agnoscebant. His vocæ et calamo restitit Maximus. Postquam Pyrrhum Patriarcham, et Africanos Episcopos errorum conuicerat, voluntatesque in Christo duas esse solide demonstraerat, indigno supplicio affectus *z)*, in Lazicorum regione misere vitam finit. Inter edita illius a Francisco Combesio, *Epistole* extat ad *Theodorum Presbyterum Raitbuensem*, de duabus voluntatibus vnus Christi. Extant quoque *Respon-*

A 3

sio

Glossariis Graec. v. *z)* *Epist.* it. *z)* *z)*. In *Lauras* non admittebantur, nisi qui in *Coenobitis* exegerant annos complures, et emerit in vita Monastica.

*h)* Diff. Bellarmin. T. II. p. 401.

*i)* Vita et Acta *S. Maximi*, Operibus eius praefixa, et ceterum satis cognita, legi nequeunt sine

horrore. De scriptis viri conf. DuPin T. VI. p. 27. Caue, Vol. J, p. 585. *Disputationis* de duabus voluntatibus in Christo, cum Pyrrho habitæ, *Acta*, (si lo obsecrari seculo scripta, teste Photio Cod. CXCIV.) extant quoque in Baronii Append. Annal. T. VIII. et in Mansii Concil. T. VII.



P R A E F A T I O

*iones ad eiusdem Theodori quaestiones, de hypostasi et persona k).*

Quo veritatis propugnatore quum vteretur familiariter Theodorus, aetas illius diserte elucet. Quem ea propter circa annum Christi CCCL. vixisse, non, cum Iohanne Trithemio l); nec, cum Roberto Bellarmino m) (qui ex nostratibus non paucos pertraxit in eundem errorem,) ad annum Domini CCCCLX., credendum est. Saeculo medio VII. inclauit Presbyter. Indignumque orat Margarino de la Bigne, et Collectoribus Bibliothecae Patrum Maximae, Coloniae et Lugduni n) editae, tam incuriosis et tam socordibus fuisse, vt eum inter scriptores saeculi V. loco certe non parum incongruo, reicerent.

Pauca quidem (vt sit saeculis istiusmodi tenebrosis) constant de nostro ex monumentis historiarum, aut, quae videntur constare, satis haut certa omnia et confecta sunt. Persuaserat sibi cum plerisque veteribus S. Maximus iam laudatus, Dionysii qui *Ancopagitae* nomen mentitur, libros, quibus Scholia quae supersunt asperserat, genuinum Dionysii, Apostolorum aequalis, opus esse. Quum non deessent hac tempestate inter Graecos, qui

k) In Baronii Annal. A. C. DCLVII. indice Operum S. Maximi, mentio fit *Epistolae*, ad Theodorum Presb. Laurae Raitchu scriptae *de essantia et natura*. DuPin in *Theodore: A qui S. Maxime a adressé son Traité de l'Essence*. Combesilio idem hic visus est Theodorus, ad cuius *Quaestiones* respondit Maxi-

mus, Opp. T. II. p. 151.

l) Catal. Scriptor. Eccl. p. 710. in Fabric. Bibl. Eccles.

m) De Scriptor. Eccl. p. 94. ed. Du Saussay. Eundem, quem Bellarminus, annum referunt Gerhaul. et I. G. Olear. Patrolog. p. 449.

n) Bibl. Patr. Max. Lugd. T. VIII.



P R A E F A T I O

Dionysio o) hos foetus abiudicarent, Theodorus, acta amici sui causa, dicitur librum scripsisse, in quo, quae extent sub nomine Dionysii, vindicare, et argumentis e contrario allatis ostendere voluit, *ὅτι γνωστὸν ἢ τῆ ἀγίας Διονυσίου βιβλός* *genuinum esse librum S. Dionysii*. Photius excerpfit argumenta, omiffa quidem solutione Theodori. eam deinceps Andreas Schottus p) (aeque, sine dubio, infeliciter,) suppléuit. Theodorus is noster, videtur multis, et ipsi Johanni Pearsono q), auctor esse libri a Photio lecti. His haeret adhuc sub iudice. sed Iohannes Dallaeus r) obuertit dubia non contemnenda. — Pariratione caret testè idoneo, siue fuerit ille, qui in Concilio Constantinopolitano III siue oecumenico VI, dixit cum *Georgio* sententiam grauem, quae in Actis Concilii legitur s). Causam certe Concilii dederat controuersia, cui se immiscuerat, *de duabus voluntatibus in Christo*, Ecclesiam vtramque supra annos iam quadraginta turbans. Videtur etiam *Georgius t)*, quocum in Concilio iungitur aliquoties, ille *Pisides* cognomento, coaetaneus et amicus Raithuensi, fuisse. Sed in hac copia eorum qui Theodori nomen gerunt, procliuè est errauisse.

Exi-

o) Auctor lectu non indignus, sed quem Apostolorum fuisse aequalem, ineptum est credere. Saeculo III medio, ad tempora Eusebii Caesariensis postrema, scripsit, quicumque scripserit. *Apollinarium Laodiceum* auctorem haberi, credi non potest etiam inde, quia S. Maximus tantopere meruit de Arcopagita, quem propugnauit, et illultrauit; non facturus id certo,

si suspicio minima Apollinarii sibi suboluisset.

p) Schol. ad Cod. I. p. 2.

q) Vindic. Epp. Ignat. P. I. p. 18.

r) De script. quae sub Dionys. Arcop. I. I, c. 34.

s) Centur. Magdeb. VII, 9. p. 229 et 233. ed. Basil. 1624.

t) Leo Allatius, de Georgiis, p. 308.



Existimauerat Baithuepsis, tetram Ecclesiae suae conditionem postulare, si componeret libram, libris et temporari accomodatam, de incarnatione Domini. Index prolixior, in MSSis is legitur: Θεόδωρος Ἡγεσθούτερος τῆς Παιδείας, Πραγματευή τις καὶ γυμνασία τῶ βαλομένῳ μαθεῖν τις ὁ τρόπος τῆς θείας ἐπιφωτιστικῆς καὶ οικονομίας, καὶ ὅν περὶ πρῶτα καὶ τίνα τὰ πρὸς τὰς ταύτην μὴ ὀρθῶς νοήντας λεγόμενα πρὸς τῶν τῆς ἐκκλησίας τοσούτων u). *Institutio et Exercitatio in usum illius, qui discere vult, quo modo Incarnatio diuina facta fuerit, et quae aduersus eos qui perperam de ea cogitarunt, dicta sunt a recte sentientibus.* Liber perit parte plurima, dummodo Theodorus, quem Gennadius *Antiochenum* dixit, Presbyter *Raitbuenis* (teste Miraeo,) fuit. Hunc Gennadius libros XV de incarnatione Domini, quindecim millia Versuum continentes, scripsisse, et refert alia quaedam, quae in reliquiis libelli hodie non continentur. In Opusculo quod restat, (singulare et integrum mihi videtur esse,) adduxit *Manetis*, *Paulli Samosatani*, *Apollinarij*, *Theodori Mopsaesteni*, *Nestorij*, *Eurychis* errores de incarnatione, et de duabus naturis in Christo. Quibus opposuit doctrinam sinceriolem, et diductius explicauit. Tandem *Eurychis* haeresin, sua aetate a *Iuliano Halicarnasseo* et *Seuero Antiocheno* reuocatum, subiecit, et explosit denuo x), et finitionem Ecclesiae orthodoxam tradidit.

Suidas hoc libro usus est in *Collectaneis* suis, seu *Lexico*, ex scriptoribus variis bonam partem deperdi-

u) Οἱ τοσούτοι τῆς ἐκκλησίας, seu τῆς πίστεως, τῆς ἀληθείας, apud Patres sunt *Fideles*, i. e. recte sentientes, orthodoxi.

x) DuPin, T. VI, p. 28. *Auxquels il opposeit les témoignages des Peres. Mais nous n'avons plus cette dernière Partie.*



ditis <sup>v)</sup> contexto. Ibi quae de Manete, Paulo, Apollinariano, Theodoro Mopsuesteno, Nestorio, Eutyche leguntur, describit e nostro ipsis verbis, illiusque nomen, nisi in *Manete*, ceterum nusquam prodidit.

Codices duo MStos vidit libelli huius, in Bibliotheca Cardinalis Ottoboni Romae, et in Laurentiana Medicea, Bernardus de Montfaucon <sup>z)</sup>. Impressae editiones sunt hae: I) Vetus exemplar Graecum Constanti-nopoli reperrum, translatum fuit a Godefrido Tilmano. Latina versio exiit sola Parisiis, An. 1556. 8. hoc indice: *Hygoge in quinque libros Anastasii Antiocheni, sive Exercitatio de incarnatione Dei*. Bibliothecis Patrum inhaeret, Parisiensi, (1589.) tomo I; Coloniaensi, tomo V; et Lugdunensi, tomo VIII. II) Graece primum, et ex interpretatione Theodori Bezae, prodit Genevae An. 1576. repetita An. 1580. 4. a) III) Denuo Graece, addita Roberti Balforei translatione, et cum castigationibus e Codice Petri Stellae. Ad calcem Gelasii Cyziceni Historiae Concilii Nicaeni. Parisiis, 1599. 8. IV) Graece et Latine, per Franciscum Turrianum, in Auctario Bibliothecae Patrum Frontonis Ducaei, tomo I.

Piacuit opportune recudere Theodorum <sup>cum versione noua et scholis</sup>, quum hodie memoria Natiuitatis Domini anniuersaria recolitur. Qui amore ducuntur litterarum, in notitiam scriptoris Graeci hauri saepe obuij veniunt, at non leuis certe, et vel a *Suida* excerpti, et in Glossariis bonis aliorum laudari. Cuius meminit ille liber

v) Vossius in *Arifarch.* I. 5. p. 22. ubi adduxit scriptores e quibus *Suida* desumpsit sua, omisit Theodorum Raithuensem.

z) Biblioth. Bibl. MSS. Vol. I. p. 189 A. et p. 266 A.

a) Extat etiam inter Opera Bezae, Tomo III.



ber classicus, *Concordiae Formula b)*, et magnus *Martinus* alter, — nostis Chemnitium. *c)* Patent ex eo potiores, qui a saeculo inde III usque ad VII, quoad personam Christi, et naturarum duarum unionem hypostaticam, aberrarunt a vero, et in censuram Ecclesiae inciderunt. Doctrina de incarnatione Redemptoris, et *verba* quaedam *solemnia* Ecclesiae Christianae, in Conciliis Oecumenicis stabilita, addiscuntur hinc. Vno verbo, libellum habetote, inseruenda Christologiae historia utilem. — Deus autem in carne manifestatus, columna veritatis, et magnum Christianae religionis arcanum est. Adhaereamus doctrinae huic constanti fide, eamque pietatis ad exercitacionem ducentes, Domino nostro Iesu Christo, in sanctitate et iustitia, conuenienter populo ipsius peculiari, seruiamus.

b) Art. VIII. de persona Christi, p. 1058 ed. Reinec. Locum infra describam in *Paulo Samos.*

c) De duab. Nat. in Christo, p. 49 b. 81 a.



ΘΕΟΔΩΡΟΥ  
ΤΟΥ ΤΗΣ ΡΑΙΘΟΥ  
ΕΙΣΑΓΩΓΗ α)  
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΕΠΙ-  
ΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ  
ΚΑΙ ΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣ

THEODORI  
RAITHV  
ISAGOGE  
DE  
INCARNATIONE  
DOMINI

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ

Ἄτοπον ὄμιας, (καὶ καλῶς γε  
τέτο νεόμια, καὶ γὰρ ἐστὶν  
ὄντως ἄτοπον) εἰ βῆτοι μὲν, οἱ  
ἐξ Εὐτυχῆος καὶ Διοσκοῦρος β)  
τῶ ψεύδες συνιστάμενοι, καὶ σεμ-  
τενομένοι κατὰ τῆς ἀληθείας,

B 2

EXORDIVM

Ineptum censeo, (et id  
recte quidem, nam est vere  
ineptum,) quum isti, qui  
mendacio Eutychis et Dios-  
cori fauent ac veritati ad-  
uersantur, tam strenue et  
mascu-

a) Inscriptio libelli in Codd.  
MSS. est Παρουσιῆ et Γνωσιῆ.  
Sed Theodorus vocat opuscu-  
lum *Isagogen*. In fine Præfatio-  
nis: Πίστημα πρὸς Εἰσαγωγὴν συντά-  
ξας. - Et in Expositione Cano-  
nicis: Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐν Προσασ-  
τασίῃ εἶδα λελεχθῆαι ταῦτα. Sic et-  
iam Editores Theodori in *Bibl.  
Patr. Lugd.* Vol. VIII. p. 334.

b) De *Eutychis* et *Dioscori*  
(Alexandr. Episc.) tum hæresi,  
tum abrogatione, dabit liber II  
Eugrii Scholastici. Post Ephe-  
sinam Σύνοδον ληστικῶς effecerat  
calliditas Dioscori, vt *vna natu-  
ra incarnata in Christo* obtinu-

isset. Sed Marcianus Imp. quum  
An. 451 Chalcedone convocaf-  
set Concilium, rescindebantur  
Ephesina Acta, et, Eutychie da-  
mnato, Dioscorus exul emitte-  
batur. Remedium mali, pro-  
pter mala hinc orta, deterius e-  
rat malo ipso. Angebantur lites  
per *Henoticum* Imp. Zenonis. E-  
uagr. III, 14. *Monophysitæ* mox  
prohibant, qui *vnam in Christo*  
*naturam, duplicem aut composi-  
tam*, dicerent. Greg. Abulpha-  
rag. in *Asteman. Bibl. Orient. Vati-  
c.* T. II, p. 291. — De phrasi,  
*ὁ μὴ φωνὴ τῶ λόγου ὑπερκαταίνυ*, in-  
fra dicitur.



Ἰτα καρτερώς καὶ ἀγρύπνως  
πολεμῶσι τὴν μόνην καθολι-  
κὴν c) καὶ ἀποστολικὴν τὴ Θεῶ  
ἐκκλησίαν, ὡς καὶ τὰ παρ' αὐ-  
τοῖς παιδία, μήπω τραυθεύ-  
σης αὐτοῖς τῆς γλώσσης, πρὶν  
εἰς διδασκαλίαν φοιτήσαι, καὶ  
τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν, ἀ-  
κρῶν τε καὶ ἐπιδιδόναι, ὅπως  
λέγει καὶ αὐτοῖς διδάσκαλος ἰσχυρῶς  
τὴ πρὸς αὐτοῖς πιστευομένη  
δογματός· ἡμεῖς δὲ ἄνω καὶ ἀβ-  
ραβουμέν καὶ ἀνάπητοι ἐσμέν,  
ὡς μὴδὲ αὐτὸ τῶτο συνεδάξαν  
εἶδεναι, τίς ἢ διαφορά d) τῶ-  
των πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἐν  
ποίῳ ἀρχῶν εἰ πρὸς ἡμᾶς αὐ-  
τοῖς συνέστηκε πόλεμος, τίς τε  
καὶ οἱ ἡγεμόνες αὐτῶν ἔσται,  
αὐτὸν ἔχεισι τὴν πρωτονομίαν.

Διὰ ταῦτα μὴ πάρεργον ἡ-  
γεῖσθαι ὀφείλομεν τὴν περὶ  
ταῦτα σχολὴν μὴδὲ, ὅτι Θεῶ  
χάριτι καὶ εὐμενείᾳ εἰρηνεύει τὰ

masculæ oppugnent Ecclesi-  
am Dei, solam Catholicam  
et Apostolicam, ut ipsi pu-  
eris eorum, vel fari diserte  
nesciit, et antequam paedago-  
gos adeant et literas pri-  
mas discant, se adigant tā-  
men et impellant, ut, quae  
tuendae suae causae expedi-  
ant, discant intelligantque:  
nos contra ea tam ignaue et  
remisse agere, ut nosse ne  
quidem studeamus, in quo  
dissentiant isti ab Ecclesia, et  
a quibus iniuriis bellum eor-  
um aduersus nos excita-  
tum sit, et qui sint duces  
eorum isti, a quibus nomen  
habeant.

Igitur non est, quod ope-  
ram in his inutilem suscipi-  
amus. Neque enim fas  
est, etiam si pacatae (Dei  
gra-

c) Pro μίαν καθολικὴν Cle-  
mens Alex. Strom. VII. p. 765.  
Μία ἀληθὴς ἐκκλησία, ἡ τῆς ἱε-  
ρατικῆς καὶ ἱεροῦ μίσην ἀνα-  
φραστὴν τῆς ἀρχαίας καὶ καθολικῆς ἐκ-  
κλησίας.

d) Glossae: Διαφορά, contro-  
uersias, discrimina, diuersitas.

Idem quod διαφέροντα. Rom. II,  
18. δικίμωρος τὰ διαφέροντα, accurā-  
te distinguis singula. Theodo-  
ret. p. 25. Διαφέροντα ἀπὸ τῆς ἱ-  
στορίας ἀλλήλων, διακρίσονται καὶ ἀδ-  
ελφῶν, verum a falso. Iterum  
Theodoret. ad Phil. I, 10. τὰ δια-  
φέροντα πρὸς ἀλλήλους ἔσονται.



τῆς ἐκκλησίας, ἐν γαλήνῃ τε  
καὶ ἀταραξίᾳ εἶμεν, πάσης αἰ-  
ρέσεως ἐκποδῶν εἰς τὰς εὐαγγελί-  
αυτοῦ Φωλαῖς ὡς καταλέγουμένους, ἡ-  
δη καὶ ἡμεῖς ἀσποθοὶ τίνες ὄμεν  
καὶ ἀπειροτέλεστοι μύσας καὶ  
ἀφροῦ ἐνσάντος πολέμου, γυμνοὶ  
καὶ ἀπαράσκευοι εἰσθρόντες ὑ-  
πὸ τῆς δυσσεβείας ἀναγεθώ-  
μεν. Ἐως ἔξερξας πλείους Φο-  
βήθητι τὸ ναυάγιον, (Φοβῆναι ὁ  
θεολόγος Γρηγόριος,) καὶ ἡ-  
τον ναυαγήσεις, τῆ δειλιά βου-  
θῆ χάμεις.

Τοῦτον, κατὰ τὴν ἐντολὴν  
τῆ κορυφαίας τῶν Ἀποστόλων f)

e) Φωλαῖς, proprie ἀλαμπίας,  
curium latibrae. Matth. VIII,  
20. καὶ ἀλάμπεις Φωλαῖς ἰχθυοί. Apud  
Hesych. Ἰσολὸς Ἰλιός, Φωλαῖς τῶν ἀ-  
λαμπίων. Raitiu de Haereticis ad-  
hibet, astute latentibus perum-  
per. Tum lites quidem Nesto-  
rianas sedatae: (Cyrill. Ep. 28.)  
Theodorus Mopsuest. et Mono-  
thelitae Synodo CPL. damnati:  
Seuerus, Monophysitis fanens,  
remotus: Iulianus Halicarn. et  
Aphtardocetae suppressi. et ergo  
ab his ἀφροῦ τῶ τῆς ἐκκλησίας.  
Sed, propter Heraclii Imp. in-  
tempestiuum pacis studium,  
compositamque a Sergio Eccliae

gratia) et non turbatae res  
Ecclesiae, haeresesque amo-  
tae et in latibula sua abdi-  
tae fuerint, sine aliqua cura  
armorum et rerum bellica-  
rum viuere: ne aliquando  
bello repente irruente, in-  
ermes et imparati ab impiis  
opprimamur. Feliciter na-  
uigas, (ait Gregorius theo-  
logus,) naufragium metue,  
metuque ipso auxiliante nau-  
fragium euitabis.

Quare, quod primarius  
Apostolorum praeceperat,  
B 3

sin, cui se S. Maximus opponēs  
bat, Monothelismus prodibat de-  
nuo ex latibus, vinente Theo-  
doro nostro, tandem in Conci-  
lio Oecum. VI eiectus: (cui num  
Raitiuentis interfuerit, in Prae-  
fatione haesi dubius.) Post haec,  
ad montes Libani inter Maroni-  
tas, haeresis se receperat.

f) S. Petrus is est. i Ep. III, 15  
Plerique Patres societatem Apo-  
stolorum, chorūm, Petrum so-  
lent chori praefectum, κορυφαῖον  
κορυφῆν vocare. Suicer. v. Hierod.,  
p. 708. et ἰεροχός, p. 1136. Hoc  
nomen obtinuit Apostolus, teste  
Chrysostomo, a seruore, quum



ἄστοιμοι γενόμεθα, πρὸς ἀπο-  
λογία ἀεὶ παντὶ τῷ αἰτήνῃ ἡ-  
μῶς λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλ-  
πίδος, μετὰ προαύτης καὶ φρό-  
νης συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθήν  
ἵνα ἐν τῶν ὁποτέρων πάντως ἡ-  
μῖν ὑπάξει διὰ τῆς τοιαύτης ἀ-  
ξιοπαλίου σπαθῆς, ἣ τὸ σώζειν  
τὰς ἀποδεδειχέντας ἑαυτὰς, καὶ  
ἐν τῆς πενήτης διακρίσεως ταύ-  
της αὐτὰς ἐξαπαλῶν, καὶ ἀ-  
πωραίνῃ ὁ κατ' ἐπίκλην ἀδελ-  
φὸς τῷ Κυρίῳ ḡ) εἰ, εἴμη τῷ-

parati sumus ad respondendum  
comiter et verecunde, ei, qui  
a nobis spei, qua sumus, ra-  
tionem petierit, et bonam con-  
scientiam retineamus. Itaque  
laudabili opera euecierit no-  
bis alterum e duobus: vel,  
vt congregemus eos qui se  
a nobis segregarunt, et  
(quod cognatus Domini  
monuit,) ex peruersa illa se-  
cessione eripiamus; vel hoc  
si minus poterit, vt rationi-  
bus

ceteris silentibus silere ipse non  
potuisset. Dionys. Areop. Hier.  
EccI. V, 5. p. 315. Πέτρος ὁ τῶν μα-  
θητῶν κορυφαῖος, μετὰ τῆς ἡρωτικῆς  
ἀντὶ δεσπότου. Petrus coryphaeus  
discipulorum, cum ordine suo.  
Ὁμοιωτῆς, Hesychio interprete,  
sunt ei ἢ τῷ ἀντὶ τάγματι, qui in  
eodem ordine sunt. In eodem  
ordine sunt plures coryphaei. S.  
Faillus etiam vocatur κορυφαῖος  
Ἀσσερίων. Suicer. in Παύλος, p.  
361.

g) Iudae Epist. vi. 22 et 23.  
Wetstenius in Var. Lect. nomi-  
nat Theodorum Raitbu, qui ad  
h. l. respexerit. Monuit Millius  
in Proleg. 305, locum Iudae tur-  
batum esse; nec negat hoc, quo-  
ad versiones Orientales, Cel-

Bodius noster, p. 441. Millius  
coniecit, lectum fuisse: Ὅτε μὲν  
ἰδιόχρητος διακρινόμενος: ἔτι δὲ ἐν φέρῃ  
ἐλεῖται· καὶ ἐν τῷ κυρίῳ ἀρπαζόμενος.  
Noster non tam ad verba, quam  
ad sensum respexit, vt solent  
veteres. — [Grieffbachius in  
editione recentiss. N. T. p. 244  
Cassiodori quaedam Graeca ver-  
ba adduxit inter Var. Lect. Iudae.  
Ego, non nisi Latinum Cassio-  
dorum Gareti noni, et (quae  
huc pertinent,) Complexiones  
in Epp. Cath. a Maffeo editas. In  
his Cassiodorus p. 131. locum Iu-  
dae sic affert: *Vt quosdam di-  
iudicatos arguant: quosdam de  
adustione aeterni ignis eripiant:  
nonnullis misereantur erranti-  
bus.* ]



το, καὶ ἀποφράττειν αὐτῶν τὸ  
 σῶμα τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐλέγχαις,  
 ὡς μὴδὲ καιρὸν ἔχειν αὐτὸς ἂν  
 θυρογλωττῆν *h)* κατὰ τῆς ἀ-  
 ληθείας. Ὁ δὲ τῶν τιμιώτε-  
 ρόν τε καὶ μείζον, ἵνα ἡμεῖς  
 αὐτοὶ γινώσκωμεν καὶ πεπληρο-  
 φορημέθα ἐφ' οἷα πίσει ἐσθίκα-  
 μεν, καὶ κωνχόμεθα πάρορη-  
 σιαζόμενοι τε καὶ ἐλευθεροσο-  
 μῆντες τῇ αὐτῆς ὁμολογίᾳ, ἵ-  
 χάριν τῆς ταύτης ἀντικειμένους  
 ἀπεσσεφόμεθα.

Στοχάζομαι δὲ, ὅτι καὶ κα-  
 τὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀνταποδόσε-  
 ως μείζων ὁ μισθὸς ἔσται καὶ ἡ  
 ἀποδοχὴ πλείων, τῆς μεταγνώ-  
 σιως ἡμετέρας *i)* ἀγαρότως *k)*

*h)* Verbum a Lexicis omnifitum  
 fislitur eleganter, vt indicet *con-*  
*tra veritatem garrire poulanter.*  
 Suicerus locum Cyrilli et hunc  
 Theodori adduxit p. III. Ea-  
 dem est vis verbi ἀθυροσῶμαι.  
 Bonō at sensu ponitur proxi-  
 mum ἐλευθεροσῶμαι, iunctum ἐφ'  
 ἀπὸ φησὶν ἰσχυρῶς.

*i)* Subaudiri puto *en* et γινώμι-  
 ναι. *En* τῆς μοναγωγίας ἡμετέρας γι-  
 νώμινης, *post* *poenitentiam assidue*  
*factam*, mutata debite senten-  
 tia. *Et* Graecis saepe est *post*,

bus idoneis eorum os obtu-  
 remus, ne occasionem por-  
 ro habeant aduersus verita-  
 tem petulantius garrendi.  
 Quod autem praestantius et  
 eximius fuerit viroque, *ope-*  
*ram ipsi adhibeamus*, vt fide  
 qua stamus confirmatiores,  
 ingenuē et imperterrite tē-  
 neamus confessionem, pro-  
 pter quam illius obtrectato-  
 res detestamur.

Existimo autem, eos, qui,  
 facta debite poenitentia, de-  
 inde veritati tenacius adhae-  
 serunt, nascuros esse, quum  
 gratia Dei referetur, mer-  
 cedem

vt Latinis *ex.* Τίτα γινώμινα προ  
 ἐν τῷ καιρῷ γιν. *post hoc factum.*

*k)* Aduerbium etiam hoc de-  
 est Lexicis. Idem est quod *se-*  
*ctiens*, parum et ipsam obuium,  
*δυσπραγῆς.* Occurrit apud Dio-  
 nys. Areop. Hier. Cael. I, a. p. s.  
 de Scriptura s. μήτις ἴδου ἑαυτῆς ἀ-  
 γορίτως ἐν ἀνότητι ταυτοτήτι, μισθῶ  
 ἀπαγγύῃ. Pachymeres ibi inter-  
 pretatur p. II. *αγίως.* Add. He-  
 sych. in ἀγαρότως, quod ἀγαρότως  
 emendandum esse in ἀγαρίτως,  
 post alios, loh. Alberti ostendit



καὶ ἔδρασμένως ἐχομένοις τῆς  
 εὐσεβείας, τῶν ἀπλῶς καὶ ὡς  
 ἄνθρωποι ἐπιτελοῦντες τὰς ἀρετὰς συν-  
 τήσασιν ἐν τῇ αἰσῇ πῖσαι γνωρι-  
 ζομένων. Οἱ μὲν γὰρ κατὰ  
 συμβεβηκός μόνον, οἱ δὲ καὶ ἀ-  
 πὸ διανοίας καὶ γνώμης πῖσαι  
 ἐπιγινώσκοντες εὐρίσκοντες. Ὡς εἶ-  
 περος ἄτυχον ἕκαστος, τὰς ἐαδύ-  
 βους καὶ ἐπιζητησίμους, ὑπὸ αἰ-  
 σθητικῶν γονέων ὑπαρξάντων, ἃ δ' ἐν  
 εὐφροσύνῃ τὴν πατρῴαν δυσ-  
 σέβειαν ἀποδύσασθαι. Οὕτω  
 κατὰ φυσικὴν ἀμοιβὴν, καὶ τὸ  
 τῆς δόξης ἀδίκως δοθῆναι. Διὰ  
 τῆτο καὶ ἀρετῆς 1), σοφίαν  
 καὶ παιδείαν ὁ ἐξυθενῶν, τολαί-  
 κωτος ὁ δὲ ἀγαθῶν παιδείαν,  
 ἀρετῆς γνῶσιν μετὰ δικαιοσύ-  
 νης 2):

Ἦνα δὲ εὐλόγηται γέννηται  
 πάντι τῷ ἐπιτυχῶντι τῷ προ-  
 κερμένῳ ποτηματι, τὸ πρὸς τὸς  
 δὲ ἐναντίας ἀγνοίας, μικρὰ  
 ἔχει πρὸς ἐπιστήμην συντάξαι  
 ἀποδοῦναι ὑπόμνησιν ἢ καὶ πε-

1) Lib. Sapient. III, 14

cedem et laudem vberio-  
 rem, quam, qui ad eptiam a  
 maioribus religionem ve-  
 ram festati sunt consuetudi-  
 ne sola. Hi enim, quasi for-  
 te fortuna; sed isti, prae-  
 meditati et conuicti, ample-  
 xi sunt veram doctrinam.  
 Quodsi his segnibus et se-  
 curis euenisser parentibus  
 haereticis progenitos esse,  
 non curassent magnopere  
 impietatem paternam exue-  
 re. Adeo res est pessima,  
 inscientem manere, et nol-  
 le edoceri! Itaque dictum  
 est, qui abiicit sapientiam et  
 disciplinam, infelix est, sed  
 qui amauerit erudiri, intel-  
 ligentiam obtinebit ac vir-  
 tutem.

Ceterum, vt, qui inci-  
 dant in hoc opusculum, non  
 difficile cognoscant, quae  
 aduersariis opponenda fue-  
 rint, necessarium putavi,  
 pauca componere Intro-  
 ductio-

2) Suidas; ἀποδοῦναι ἢ πάλαι  
 ἀρετῆς, ἀρετῆς, ἀρετῆς. Verti  
 etiam potest apud Theodor. se-  
 hēdas, quia opponitur τολαί-  
 κωτος;



χόμενος ἔτω Φησι.

ΔΟΞΑ ΜΑΝΕΝΤΟΣ  
 ΜΑΝΗΣ η), ὁ τῷ ἀντιθέῳ  
 σκοτίας ἐφευρετής, μάλλον δὲ  
 τῆς ἐξουσίας τῆς σκοτίας ἀνά-  
 πλασμα ο), Φαντασία ψιλῆ  
 καὶ σχήματι διακένω σώματος  
 ἀνθρωπίνου πεφανερωθῆαι τὸν  
 Κύριον, ἐφαντάσθη ὡς ἀλη-  
 θεὸς καὶ οὐκ ἔραξεν. Φησὶν δὲ,  
 αὐτοῦ καὶ πάσχων δοκεῖν καὶ  
 πράττειν, ὡς ἐραξεν καὶ πέ-  
 τονθε κατ' ἡμᾶς καὶ μηδὲν δὲ  
 τῶν πραγμάτων καὶ ἀληθείᾳ  
 ὑπέραξαι, ἀλλὰ δοκῆσαι μόνον  
 καὶ ἀπάτη ἀποβαλεῖν ρ) τὰς

ductionis instar, cuius ini-  
 tium faciam ut iam sequi-  
 tur.

OPINIO MANETIS  
 MANES, impietatis ac  
 mali progenitor, vel potius  
 ex principio ipse malo pro-  
 genitus, finxit vereque som-  
 niavit, Dominum vacua  
 et inani specie corporis hu-  
 mani se conspicuum exhibuisse.  
 Afferuit, eum sal-  
 tem visum fuisse pati et a-  
 gere quae egisset et passus  
 esset nostra causa, nihil ho-  
 rum re ac veritate accidisse,  
 sed cum quibus conuersari  
 existimatus esset, eos opi-  
 nione

n) Suidas, posteaquam alia de  
 Manete adscripserat ex Cedreno,  
 e Theodoro ita subiicit: Περὶ δὲ  
 καὶ Θεόδωρος δὲ τῆς Πατρὸς Προσβύ-  
 ρου βροῦ Μάνης, ὅτι Φαντασίᾳ τινὶ  
 ψιλῇ καὶ σχήματι διακένω σώματος ἀν-  
 θρωπίνου πεφανερωθῆαι τὸν Κύριον ἐφαν-  
 τάσθη καὶ ἠνέραξεν, ὡς πάσχων μὲν  
 δοκεῖν αὐτὸν καὶ πράττειν, ὡς ἐραξεν  
 καὶ ἔραξε (Raithu: πέπονθε) κατ'  
 ἡμᾶς. μηδὲν δὲ τῶν ἀληθῶν καὶ  
 πραγμάτων ὑπέραξε, ἀλλὰ δοκῆσαι μόνον  
 καὶ ἀπάτη, ἀποβαλεῖν τὰς ἀνθρώ-  
 πους, ὅτι καὶ συναντησάμενοι ἐνέμα-  
 ρται. Διὰ τούτου καὶ φέρεται δύο παραρ-  
 τήματα εἶναι τῷ Χριστῷ λέγον, ἀλλὰ μίαν  
 τῆς θεότητος.

ο) Hoc elogio respicitur ad  
 placitum Manetis de principio  
 malo, a Principe tenebrarum  
 producto. Audi Manetem ipsum  
 apud Titum Bostrensem, in Ca-  
 nifili Lect. Antiq. I. p. 87.

p) Melius ἀποβαλεῖν, quod  
 Kusterus iam voluit, quam ἀπο-  
 βαλεῖν, ut est apud Suidam. He-  
 lych. ἀποβαλεῖν ἄκαρτος, ἀπο-  
 τήσας. Verbum Photius, Cyril-  
 lus, alii, de praestigiis Satanae ad-  
 hibent. V. Suicerus h. v.





ἀνθρώπου, οὗ καὶ συναρτησά-  
 Φθαι νομίσαι η). Διὰ τὸτο  
 καὶ δύο φύσεις παρακτεταῖο Λέ-  
 γεν ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, ἀλλὰ μίαν,  
 τὴν τῆς Θεότητος· ὡς αὐτο  
 τι κερνακισμένον κατ' αὐτῆ  
 ἀνθρώπινην φύσιν κατονομά-  
 ζεσθαι.

ΔΟΣΑ ΠΑΤΑΟΣ ΣΑΜΟ-  
 ΣΑΤΕΩΣ

ΠΑΤΑΟΣ δὲ τις γ), τῷ  
 τῷ Μάντι σύγχρονος γεγονώς,  
 Σαμοσατεὺς μὲν τὸ γένος, Ἀν-  
 τιοχίας δὲ τῆς Συρίας προέ-

η) *Manes*, quem, ne ex no-  
 mine statim putarent *μανικόν*, di-  
 scipuli *Manichæum* nomina-  
 runt, ingenii insulsi enthusiastæ,  
 vixit A. C. 270 et seq. Christum  
 ex Sole descendentem, somnia-  
 uit, habuisse saltem *εἰς τὴν σαρκοῦ*,  
*umbra naturæ humanæ*, et  
 vice *δοῦσα*, *φωταίη* et *ἀσώτη*  
 hominem visum fuisse. Item:  
 τὴν ὑπόστασιν καὶ ὑπόνοιαν τῆς οὐκ  
 οὐκ ἐκ *ἁγῶν* incarnationem, δι-  
 στα et facta omnia illius, impo-  
 sūra et simulatione constituisse.  
 Sectatores eius *Phantastodocetæ*  
 dicti. De Manete hoc Epipha-  
 nius, Augustinus, Eusebius re-  
 ferunt, et, præter Beaufobri-

nione saltem et fallacia de-  
 lufos fuisse. Quare etiam  
 negavit duas in Domino na-  
 turas esse, sed vnam tantum  
 nimirum diuinam agnoui,  
 ita, vt quæ de humana eius  
 natura dicerentur, mera il-  
 lusione constitissent.

OPINIO PAVLLI  
 SAMOSATENI

Aliquis PAVLLVS vitem,  
 Manetis huius coactaneus,  
 natione Samosatenus, et An-  
 tiochiae Syriæ Antites, im-  
 pie

um, omnes scriptores Ecclesia-  
 stici recentes.

η) Theodorum denuo excr-  
 ipit Suidas v. Πάυλος, obseruan-  
 te iam Pearsono in margine Sui-  
 dae sui, quo Cantabrigiae Kufte-  
 rus vsus est. In paucis differt.  
 Οὗτος ἔχθησε σύγχρονος Μάντι, ἐπὶ  
 γένος Σαμοσατεὺς, Ἀντιοχίας τῆς με-  
 γάλης (Raithu, τῆς Συρίας) ἀρῶ-  
 δροῦ δὲ φίλῳ ἀνθρώπου ἀνοκὰ τοῦ Κε-  
 ρου Ἰελευσθησῶν, (Raithu, ἰδου-  
 φύσῃσιν.) ὅσπερ δὲ αἱ εἰκοσὶν ἑπὶ προ-  
 φητῶν, ἅνα καὶ ἐν αὐτῇ γεγονήσας  
 (Raith. γενήσας) τῷ Θεῷ Λόγῳ τῆ  
 οὐκ ἐκ τῆς ἑξῆς καὶ δύο φύσει διηρημέ-  
 νης ἰχθῆσας καὶ ἀκινιωνήτας πρὸς εἰκο-  
 σὶν ἅνα παρακτεταῖον ἐν Χριστῷ, αἱ ἐλ-  
 δε



δρος *f*), ψιλὸν ἀνθρώπου ἔχει  
τὸν Κύριον ἐδυοφήμησεν, ὡς-  
περ δὲ εἰς ἕκαστον τῶν προφη-  
τῶν, ἔτω καὶ ἐν αὐτῷ γενέσθαι  
τῷ Θεῷ Λόγῳ τὴν οὐκῆσιν· ἐν-  
θεν καὶ δύο φύσεις διασημένως  
ἐχούσας, καὶ ἀκοινωνήτους *t*)  
πρὸς αὐτάς παντάπασιν, εἶ-  
ναι ἐν τῷ Χριστῷ, ὡς ἄλλα ὄν-  
τος αὐτῆ τῷ Χριστῷ, καὶ ἄλλῃ

pie docuit, Dominum ho-  
minem merum fuisse, in  
quo, quemadmodum in o-  
mnibus Prophetis, habitaf-  
set Logos Dei; et proinde  
duas naturas, separatas, et  
circa vllam inter se commu-  
nionem in Christo esse, ita,  
vt alius sit Christus, alius  
Dei Logos, in illo habi-  
tans.

C 2

λα ὄντος αὐτῆ τῷ Χριστῷ, καὶ ἄλλα  
εἶναι ἐν αὐτῷ κατοικῆσθαι τοῦ Θεοῦ Λόγου.  
Suidas etiam reliqua Theodo-  
ri addidit, sed quae non perti-  
nent ad locum in Παῦλοι· nam  
error *Mancius* non fuerat addu-  
ctus. Ἀγίας μὲν αἱ ἀρχαῖαι Φυαί,  
τῆ μίαν εἶναι, καὶ εἰς δύο, καὶ αὐτῶν  
καὶ δυοφύων ἐπὶ Χριστῷ (R. τῆ σω-  
τήρος) λεγούσας· ἐν μὲν, ἐκ' ἀναρ-  
σεα τῆς θεότητος, (Raithuenfis in-  
uerse,) ἐν δὲ, τῆς ἀνθρωπότητος.  
Haec accuratius potuissent su-  
pra addi voce Μόνι, quod ibi  
simul de *Uulco Samosatensi* (etsi  
paucis) adiecerat.

*f*) Episcopi appellabatur ge-  
neratim πρέσβητι τῶν ἐπιλησιῶν.  
Dufresne in Gloss. v. πρέσβητος, p.  
1236. vbi hic ipse Theodori Raith.  
locus. Suidas etiam in Μόνι,  
eundem Samosatensem dixerat  
Ἐπίσκοπον τῆς Ἀνατολίας. In im-  
perio Orientali nomen πρέσβητι

Ecclesiasticorum, antiquius erat  
nomine πρέσβητι Palatinorum, seu  
Praesidum consilii sanctioris.  
Meurs. Gloss. in πρέσβητος.

*t*) Huc adscribendus est locus  
e F. C. Art. Vill. p. 1058: *De  
Vnitione hypostatica non ita sensien-  
dum, quasi duae naturae, di-  
uina et humana, eo modo unitae  
sint, quo duo asseres conglutinantur:  
vt realiter seu reipsa et ve-  
re nullam prorsus communicatio-  
nem inter se habeant. Hic ensimo  
Nestorii et Samosateni error est  
et haeresis. Qui haeretici, vt  
Suidas et Theodorus Presbyter  
Reithuenfis testantur, senserunt  
atque docuerunt, duo φύσεις διαρρη-  
μένως ἐχούσας καὶ ἀκοινωνήτους ἀπὸς ἐν  
αὐτῷ σωτήριον· ἢ. s. duas natu-  
ras separatim ac seorsim se habi-  
bentes, et omni modo ad inui-  
cem seu inter se incommunicabi-  
les esse. Hoc falso dogma*

ἔστι.



τῶ ἐν αὐτῷ κατακείμενος Θεὸς  
Λόγος υ).

Αὐταὶ μὲν ἐν αἰ πρώται Φυ-  
αί, τῶ τὴν μίαν φύσιν, καὶ τὰς  
δύο, κακῶς καὶ δυσφήμως λέ-  
γεται ἐπὶ τῶ σωτήρος Χριστοῦ,  
τὸ μὲν ἐπ' ἀναίρεσει τῆς ἀν-  
θρωπότητος, τὸ δὲ, τῆς θεό-  
τητας.

ΔΟΣΑ ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ

Χρόνος δὲ ἔ μικρὸν προέον-  
τος, ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΣ x) τις  
πρόεδρος γενόμενος Λαοδικείας

naturae separantur, et duo Chri-  
sti finguntur, quorum unus sit  
Christus, alter vero Deus Logos  
qui in Christo habitat. Sic enim  
Theodorus Presbyter scribit:  
„Paulus quidem, iisdem, quibus  
„Manes temporibus - nunc lo-  
cus Theodori integer adducitur.

u) Concione admodum Theo-  
dorus, Pauli Samosatani, Epi-  
scopi in locum Demetriani a Ze-  
nobia suscepti, error diferte hinc  
constat: „Iesus, de Maria na-  
„tus, homo est ἑλθὼς, per se substi-  
„stens. Logos Dei autem ἀνομή-  
„τος (intelligebat sapientiam et  
„intelligentiam Dei,) sociavit se  
„huius homini, et ex ipso accepit

tans.

Ab his orti sunt primum,  
qui vel vnam naturam, vel  
duas naturas, perperam et  
male de redemptore Christo  
enunciarunt, et ab vna par-  
te diuinam naturam, ab al-  
tera humanam, peruertere-  
runt.

ΟΡΙΝΙΟ ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ

Paullo post, ΑΠΟΛΛΙΝΑ-  
ΡΙΟΥ, Laodiceae, mariti-  
mae vrbs Syriae, Antistes,  
alius

„ὑπόστασις. Ab hac societate duae  
„hypotheses in Christo sunt, homo  
„Iesus, et Logos. „ Ambigue  
quum haec inuolueret, in Con-  
ciliis euaserat aliquoties censu-  
ram, donec Melchion Rhetor  
detegeret illius tricas, vt in Con-  
cilio Antioch. damnaretur. Vid.  
praeter Epiphani. Theodoret.,  
Eusebius H. E. VII, 28 f. Eius se-  
cta sunt Pauliani, Paulkianistae.

x) Ἐῆσαν integram descripsit  
etiam Suidas in Ἀπολλωνίου, cui-  
us loca duo deprauata ex Theo-  
odoro emendantur. Legitur:  
Ἄλλὰ μηδὲ χωρὶς αὐτῆ δύναμι παρὰ  
τὴν θεῶν. Supplendum est ex Theo-  
odoro ἰερῶν. Ἄλλὰ μηδὲ χωρὶς αὐτῆ  
ἑλλο



τῆς Συρίας τῆς παράλα, ἐτέρας  
καταπροσύνης ἠγήσατο. Τῶν  
γὰρ Ἀρειανῶν γ) παντάπασιν  
ἀψυχον λεγόντων τὴν τῆ Κυ-  
ρεῖς σάρκα 2), ἄτος ὁ Ἀπολλι-  
νάριος ἔφη, ὅτι σάρκα μὲν ἐμ-  
ψυχωμένη ψυχῇ ζωτικῇ α)  
ἀνέλαβεν ὁ Κύριος, νῦν δὲ τὸν  
ἡμέτερον ἔ προσήκατο. Μηδὲ  
γὰρ δεηθῆναι νοῦς ἀνθρώπινος ε-

alius delirii auctor exiit. *A-*  
*riani* enim quum corpus Do-  
mini asseuerarent sine anima  
vlla fuisse, Apollinarius do-  
cuit, Dominum quidem cor-  
pus assumfisse viuum *cum*  
*anima vitali*, sed *animam*  
*rationis compotem*, qualis  
nostra esset, non admiffisse.  
Neque etiam opus fuisse  
*anima*

C 3

ἀλλῃ NOEPAN δύναμιν παρά τ. θ.  
In prioribus Suidae editionibus,  
(ut Froben.) habebatur: ἄτε ἐτελεῖς  
ἄσης εἰς τὸ εἶναι ἀνθρώπινον. Sed lo-  
cum mutilum ex MSS. et The-  
odoro Raith. restituit Pearso-  
nus an Kusterus? ΩΣ ἄτε ΤΗΣ  
ΣΑΡΚΟΣ ἀτελεῖς ἄσης εἰς τὸ εἶναι ἀν-  
θρώπινον.

γ) Dubio caret, *Arium*. Prae-  
byterum Alex. A. C. 320, (praeter  
errorem capitalem, quod Filius  
Dei non ὁμοῦσος Patri, sed  
*creatura princeps*, et *instrumentum*  
*Dei* esset,) alia quoque a  
Χριστολογία aliena tradidisse. Cer-  
te inter *sectas Arii* docuerunt  
quidam, τὴν σάρκα Κυρίου εἶναι ἀψυ-  
χον id dogma a Synodo Ale-  
xandr. A. 362 damnatum fuit. v.  
Prudentius Maranus, in Voigt.  
Bibl. Haeresiol. T. II, p. 119. Cum  
his A. C. 370 Apollinarius Iun.  
vir quidem doctiss. et huc vsque  
hæsis Arianorum, ac τῆ Ὁμοουσί-

promachus, sensim errare coe-  
pit. Iesum Christum, putavit,  
corpus quidem, non item *ani-*  
*mam* ex Maria assumfisse. Mox,  
quasi poeniteret eum sententiae,  
largitus est, Christum quidem  
ψυχὴν ζωτικὴν tenuisse, *animam vi-*  
*talem, vegetatiuam, sentientem*,  
Nῦν δὲ αὐτὸν ἔχειν, non autem habere  
*mentem*, i. e. *animam rationis*  
*compotem*; sed Legon Dei, ni-  
mirum *rationem et intelligentiam*  
*Dei*, vicem supplere τῆ Νῆ, *men-*  
*tis* siue *animæ rationalis*. Testi-  
monia Patrum collegit Nat. Ale-  
xander T. IV, p. 251. Coteler.  
Monum. Eccl. Gr. T. III. p. 466.  
et plures.

2) Σάρξ in hoc penso integro  
pro σώμῃ ponitur.

a) Apollinarius aduersatur Cy-  
rillus ad Ioh. X, p. 667. Is de  
Filio Dei: Περὶ εὐαγγελίου ὅτι Θεὸς αὐτὸν γέ-  
γονεν ἀνθρώπου ἐμψυχωμένου ψυχῇ ζω-  
τικῇ



αέντη τήν σάρκα, ἡγεμονευ-  
μένην ὑπό τῆ αὐτῆν ἐνδοκίματος  
Θεῶ Λόγου. Ἄλλα μὴδὲ χωρεῖν  
αὐτὴν ἄλλην νοεράν δύναμιν πα-  
ρὰ τὴν θεϊαν, μὴδὲ γὰρ αὐτὸν  
τὸν ἀνθρώπινον νῦν ὑποστήσει  
δύνασθαι τὴν μετὰ τῆ κρείττο-  
νος καὶ δεσπότος ἐνοίκησιν *b*).  
Ταῦτα ὑποθέμενος, διατείνου-  
ται, μίαν εἶναι φύσιν τῆ Λόγου  
καὶ τῆς σαρκός, ὡς ἔτε τῆς  
σαρκὸς ἀπελθεῖ ἕσθη εἰς τὸ εἶ-  
ναι ἀνθρώπινον ὄλον, καὶ διὰ τῆ-  
το μὴδὲ ἀξίας φύσιν προσεπαγο-  
ρεύσθαι.

ΔΟΞΑ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΜΟ-  
ΨΟΥΕΣΤΙΑΣ

Μετὰ τῆτον δὲ τὸν Ἀπολλι-  
νάριον εὐθέως ἀναφαίνεται τις  
ΘΕΟΔΩΡΟΣ *c*), τῆς Με-

*b*) Inania haecerant sophisma-  
ta, et quae doctores (teste Epi-  
phanio Haerel. 77.) vix credere  
primum poterant in viro tam e-  
rudito. Oriebantur ex studio  
nimio dogmatis Platonici *de du-  
plici anima, et natura eius.* vid.

*nima rationis compote cor-  
pori tali, quod a Logo Dei,  
qui illud assumsisset, guber-  
naretur. Immo vero tale  
corpus ne recipere quidem  
facultatem intelligentem ali-  
am, praeter diuinam, por-  
uisse, quandoquidem ani-  
ma quaedam rationalis hu-  
mana sustinere non valeat  
commune domicilium cum  
Domino tam diuino. His  
praesuppositis, affirmavit,  
vnam esse Logi et corporis  
naturam; etenim corpus,  
quum ad hominem totum  
constituendum non suffice-  
ret, etiam igitur naturam  
nominari non posse.*

OPINIO THEODORI  
MOPSVESTENI

Post hunc Apollinarium  
statim extitit aliquis THEO-  
DORVS, in ditionis Cilicum  
vrbe

Gregorius Nyssen. I. de anima,  
T. II, p. 102. Neque institisset  
errori vir tantus, nisi Vitalius  
s. Vitalis, sophista et Presbyter  
Antioch., aluisset et suffulisset  
haec. Conf. Sozomen. VI, 25.

*c*) His verbis vsque ad finem  
vsus



ψευδίας πόλιος πτω λεγομέ-  
 νης ἐν τῇ γῇ τῶν Κιλικίων τὴν  
 ἡγεμονίαν λαχών. Ὅς ἐκ διαμέ-  
 τρε τῷ Ἀπολλιναρῷ Φερέμο-  
 νος, ὑβρεῖς αὐτὸς τυχεύσας τολ-  
 μηρᾷ ψυχῇ καὶ ἀφροῦ καρδίας  
 καταχέει τὰ δεσπότη Χριστῷ δὲ  
 ἀνθρώπον εἶναι τῶν καθ' ἡμᾶς  
 κοινὸν ἀποκαλῶν, καὶ ἐκ προ-  
 κοπῆς λαθόντα τὴν χάριν τῆ  
 Θεᾶ, Θεῶν ὀνομαζέσθαι, καὶ  
 ἐκ τῆ ἐν τῷ Ιορδάνῃ βαπτίσι-  
 ματος ἀξιώθῃναι ἐν πρώτοις  
 τῆς τῆ Ἁγίᾳ Πνεύματος δωρε-  
 ᾶς, εἰς ὄνομα Πατρὸς, καὶ Τῆς,  
 καὶ Ἁγίᾳ Πνεύματος βαπτισ-

vrbe quae Mopsuestia nomi-  
 natur, Episcopatum adeptus.  
 Is directe oppositus  
 Apollinario, audacter et in-  
 trepide effudit grauem in  
 Christum Dominum iniuri-  
 am. Eum hominem com-  
 munem et vnum ex nobis  
 dixit, et postquam gratia  
 diuina profecisset, *Deum*  
 appellatum, ac post bap-  
 tismum in Iordane, in nomi-  
 ne Patris et Filii et Spiri-  
 tus Sancti susceptum, prae-  
 cipue dignum fuisse habi-  
 tum Spiritus Sancti donis.  
 Prae-

vus est Suidas in Θεόδωρος. Ab  
